20

SVSANNA
A PROPHETA DANIELE VINDICATA.
MELODRAMA.

AVCTORE

CANONICO IOANNE ANTONIO MAGNANI.

Muſicis aptatum modulis.

A PETRO PAVLO BENCINI.



BIBLIOT[illegible] RO[illegible] VITTORIO EM[illegible]

ROMÆ, M.DC.XCVIII.
Ex Typographia Ioannis Franciſci Buagni.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Ex Cap. XIII. Danielis.

CAſtiſſimam Suſannam impudici, cùm eius concubitu frui non poſſent falsò adulterij accuſant; ſed cùm ad mortem duceretur orantem exaudiuit Deus, & per puerum Danielem proprio ore conuictos ſenes iure talionis populus interimit.

Digitized by Google

Suſanna.
Daniel.
Vnus Senex.
Senex alter.
Populus.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Sac. Apoſtolici Palatij Magiſtro.

Sperellus Epiſcopus Interamnen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Gregorius Sellari Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Reuerendiſs. P. Fr. Paulini Bernardini Sac. Apoſt. Palatij Mag. Socius, Ordinis Prædicatorum.

O Sum-

Dan. O Summe Deus, cuius tantùm nutu
Motus palpitant axis;
Lancem ſequitur ſuam pendula Tellus,
Et litori decreto Æquora parent.
Tibi ſenilis tamen
Non obedit natura obruta Vitio,
Suſannæ nam exitio
Legis reſpuens remedia
Extuat Amor in hyeme ætatis media.
Æuo ad mortem quum procliui
Piræ extremas monſtrent metas:
Fidem ignis ſeruat niui,
Ardet cor, dum alget ætas.
Æuo, &c.

Alt. Sen. Ioakim Suſannæ ſponſi in Viridario
Meliori Iudæ gloria
Luctant ars, & natura ordine vario.
Solis Iubar à ramis ſubſtinetur
Arborum illàc, & Areolæ hìc ardent
Purpuris, quibus ridens tumet flora:
Viuit Roſarum ſanguis;
Pallent Violæ, quas ipſe auertit anguis;
A folijs fugiunt florum
Turbæ vndequaque volueres odorum.
Hìc ſuaues intèr aues
Soluit dulces Luſcinia dolores,
Et veloci dicit Voci
Narres precor antiquos Amores.
Hìc, &c.

Vn.Sen. Ceruò infigitur hamus;
Et dolor altus cum dictamma docet;
Dente dùm metit herbam
Spicula ſpontè cadunt.
Aſperum quoque telum corde gerò;
Dictamus viret noſter
In Ioakim pomario, & eum non quæro:
Sæue dolor ſi me ſuſpirando
Teris, quid ergò cupis à me?
Lenis dulcis deueneris quando
Sciet Suſanna te ortum à ſe.
Sæue, &c.
Illàc igitur ibo;
Sublimi, ac vt virtuti
Extremi auxilium afferatur mali,
Clauſum aperiam meo vulnus ſodali:
Suſ. Iam ſicca ſtridet ſtipula,
Finditur humus, & ab ore prodeunt
Arido pręces, vt firmentur turbidę
In nubes limphæ, & eas comprimant Pleiades
Ergò fontis irrigui
Thermas tentabo frigidas,
Vt ęſtus à lacertis noſtris abeat.

O vndę iucundæ,
Quę gelidæ frontis
Mei lucidi fontis
Formatis ſudores;
Vobiſcum certabunt

Et vos ſuperabunt
Mei cordis nitores ;
O vnde, &c.
Ergà Deum, qui in ſe ipſo
Inſpicit ſeſe, & comprehendit ſuam
Naturam, infinitè
Agnitione sè amando interna
Qui priusquàm locus eſſet
Locus ipſe erat ſui,
Qui mundo propria Idea omnia creando
Semper in eo hæc remanet æterna ;
Ergà igitur Deum
Lucidiori flamma ardet cor meum ;
Feruet viuidior
In corde amanti
Flamma limpidior
Vnda ſonanti ;
Et gemebunda
Rauco rumore
Flebit afflicta
Vnda deuicta
A meo candore.
Feruet, &c.

Alt.Sen. Amice improbus amor
Noſtras perurit venas, midullaſque
Callidus querit ſummas,
Mihi Suſannam indicat, & caſta
Quo pacto fruar neſcio ;
Formæ modæſtia adhærens

Timorem mouet altum;
Pulchritudinem eius
Mœnia circumdant pura pudicitiæ;
Vndè penitùs niſi eſt deſperata
Victoria, eſt ſaltèm anceps.
Ciliorum ab arcu ſagittæ
Mille fluunt, & euolant mille;
Sed ignorant Suſannæ pupillę,
Quòd obcœcant Amoris me vittę.
Ciliorum, &c.

Vn. Sen. Prodeſt Amori fraus
Ac tàm dolenti curę arridet dolus;
Sed cùm non amor tuus volitet ſolus,
Nàm quoque mihi eſt eam amandi laus;
Duplex ingenium pudicitię nectat
Modum, vt ipſam flęctat.
Debent callidi latere,
Et nobiſcum noſtri amores
Vbi nouo ſepes vere
Frondes ligant, miſcent flores.
Debent, &c.
Dùm vndas frangit molles
Mollis Suſanna in ipſam irruamus,
Cordis mercedem vt ab ea petamus:
Non labor introeundi,
Nàm plebi niſi latet,
Nobis, & pleniùs patet
Horti valua iucundi.

Mol-

Digitized by Google

Mollis forma, venuſtas tenella
Tuam requirit ſegnitiem ò pes?
Et in vndis immerſa puella
Viridiorem tè facit ô ſpes.
Mollis, &c.

Alt.Sen. Alba pares ætate
à 2. Æquales voluntate
Igitùr ambo eamus
Suſannam præueniamus;
Et priùs quàm ipſa nos debemus ire
Nàm ſolet Alba ſolem preuenire:
Ad Veſtibulum fontis amœni
Surge Amice, Amice veni
Vbi limpidæ fluentes.
Et currentes vndæ ſunt
Motæ ab aura dulci, & leni:
Ad veſtibulum, &c.

Dan. Quę ſimplici maligna
Parantur aui retia?
Dextra cur tàm benigna
Vtuntur nubes fulmina tenentes
Adeò ne ruant in ſcelera?
Segnis detinet arcus,
Spicula, vt indè lapſu
Grauiore plectat impios:
Vltor Deus ab arce Poli
Hoſce Senes impios perde,
Ad vindictam tanti doli
Fulmen irrita diſperde. Vltor, &c.

Mur-

Suſ. Murmurat hic irrigui fontis lapſus,
Balneą ſuadent, & aquarum ioci,
Vt obtemperem ergò vndarum voci,
Ego indumentis ego artus priuabo.
Abite ancillæ
In membra noſtra
Dùm cadunt ſtillæ
Abite ancillæ
Nàm viduati
Veſte lacerti
Progignunt certi
Ruboris oſtra,
Et verecundiæ
Ardent fauillę: Abitę, &c.

Vn.Sen. IN Marmoreo cratere
Cùm Suſanna aquę ludunt;
Ecce in allabaſtrite Ebur, vt iacet?
Sed foliorum renuens amplexus
Eteſię nondùm tacent
Segnes excuſaturę noſtros greſſus:
Secretum iter ergò
Nobis carpendum, vt celemur obuia
Sepe, quę noſtro arridet viſui; Cerne
Cerne fœlices ob Suſannam vndas.
Limpha erbiduli filia collis
Vt ſuperbis quàm tumida es!
Molliorem dùm te facit mollis
Meę Suſaunę tenellulus pes. Limpha, &c.

Ocu-

Alt.ſen. Oculus inter ſepta ſerpit callidus,
Sed modò obtutum ſecat
Frondis inuida, & modò
Facilem donat fontem, & Suſannam:
Anceps ardor ebullit,
Impetus feruet, excandeſcit Amor;
Pallidus tamen facem tremor quatit.

Vndæ garruli gemitus fontis
Quare ſtillas non ardetis?
Dum vrentem in ſinu tenetis
Meę Suſannæ imaginem frontis.

Suſ. O Deus, cui ſunt famulę
Ingentes cœli nubes,
Et rotæ currus tui ſunt Sol, & Luna.
Æuo, quò ęternam voluntatem a&u
Signaſti; opera, quibus
Orbis fulget indutus
Te ſemper dicunt: Aqua,
Prima chaos feracitas quam vidit
Te ſuperferre laudes
Detinet adhùc tuas:
Tibi eius murmur ſonat,
Te coarctata iocis
Ingenioſa canit:
Criſpę ſtillulę ſonantes
Murmurantes
Ad os fontis huius mei:
Quia vos fecit,

Et

Et è Nihilo deiecit
Commendatis manum Dei:
Criſpę, &c.

Alt.Sen. Moras rumpamus moras;
Segnes abſint Induciæ
E frondenti latibulo exeamus:
Vultus Suſanna tui forma nos dedit
Amori: igitùr pendet à te noſtra,
Aut dulcis vita, aut immanis mors.

Suſ. Ite procul infeſti, impudentes.
Oh Stellæ inclementes,
Oh mea fera ſors!

Alt.Sen. Improbis cùr ęthera
Secas Suſanna vocibus?
Taceas, pręcamur, Taceas;
Lacrymis nè deformes pulchritudinem:
Sæuæ minùs, aut minùs amænæ
Comarum catenæ vos eſſe debetis:
Dùm volatis per auras ſoluti
Nos, crines abluti madiduli habetis:
Sæuæ, &c.

Vn.Sen. Rigidula pellucido velamine
Obtegi tentas fruſtrà

Alt.Sen. Membra incaſſum coarctas,
Artuſque operis artubus:

Vn.Sen. Heus puella tuum pudorem deijce;
Nàm non benè conueniunt forma, & rigor.
Pulchra minùs, aut minùs crudelis
Debebas à Cœlis Suſanna formari:
De-

Debeatis non tàm eſſe ardentes
Aut magè Clementes ocelluli chari.
Pulchra, &c.

*Alt.Sen.*Quod precibus negatur minis detur:
*Vn.Sen.*Improuida quid tenuis?
Infamia, & vita à nobis pendet tua:
Alt.Sen. Heù tu incauta neſcis
Machinari quid poſſit cor ſenile.
Nobis indulgeas ergò, interim ſile.
Suſ. Prius turrium culmina
Linquite fulmina
Ruite in me.
Quàm mea nequitia
O dulcis pudicitia Lædam te.
*Vn.Sen.*Ecce Suſannæ vox vicinia trahit;
Eam adulterij crimine arguamus:
*Aet.Sen.*Vobis, qui hùc veniſtis Ignorandum
Non eſt quòd cum Ephebo
Iunctam Suſannam vidimus ſuaui,
Quem docuit portam, vt abiret Plenæ.
Maturitatis adoleſcens, vires
Seniles vicit; ergò
Morte Suſannam puniendam damus.
Pop. Rea eſt puniamus.
Et lapidibus obruamus
Suſ. „ Mi Deus, cuius ope
„ Aqua pumices ſcatent ſicci, & ſitis
„ Rugas populo ſoluis,
„ Qui rubrum ſindis mare

„ Cry-

„ Cryſtallinum in iter, plebi tuæ
„ Tu Moyſis in Suſanna legem ſerua.
Stricta laqueis,& vincta catenis
Mortem versùs adibo ſecura;
Læta efficiar, & ipſis à pœnis
Impolluta, cùm maneam, ac pura.
Dan. Quò ducitis damnatam
Lapidibus Suſannam?
Senes àccuſatores detis præcor;
Sic eos procùl ad inuicem diſiunctos
Interrogandos cenſeo:
Veritatem tentabo
Helciæ deindè vobis filiam dabo.
Voce nocentis
Sepè innocentis,
Exire ſolet nex
Fucata à fraude
Priuatur laude
Firmata lex.
Voce, &c.
Mali diei inueterator peſſimè,
Sub quo vidiſti nàm ramo loquentem
Ioakim vxorem cùm amanti Ephebo?
Vn.Sen. Nos ab angulo vicino
Eam ſub ſchyno
Intuiti ſumus;
Et procacis
Diræ facis
Nos aduenit impius ſumus.

Rectè